



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

8. De temporibus ordinandorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

ritur, quanta ad munus confessarij, ad primam tonsuram sequitur, ut possit initiandus scribere & legere: item sit edictus fidei rudimenta. Minores Ordines ijs saltē, qui latinam linguam intelligunt, auferri debent.

Qui in minoribus ordinibus ordinatus est à clericali statu, recedere nō prohibetur, si recedēdi aliquam causam habeat. Ratio, quia nulla incumbit ei obligatio promissionis aut præcepti ad superiores Ordines ascendendi, seu insusceptis ministrandi. Viderur tamen esse culpa venialis inconstantiae, si sine causa quis à statu à Clericali recedat. Alia ratio est de ingrediente Ordinis regularis nouitiatum determinato animo non permanendi, quia talis in re gravi decipit Religionem, à qua alimenta accipit, & cuius institutum atque secreta cognoscit.

## C A P. VII.

*De temporibus Ordinandorum.*

**P**RIMA tonsura quoquis die conferri potest. Ordines autem minores, etiam extra generales ordinationes quoquis Dominica die, & festo. Consuetudo etiam obtinet, vt in vespera feria VI. conferantur, quasi hæc inchoatio quædam sit generalis ordinationis in Sabbatho peragenda.

**S**ubdiaconatum & alios Ordines majores extra 4. tempora, & duo Sabbathæ passionis & Resurrectionis Christi conferre illicitum est. Regulares tamen, maximè societas Iesu, habent prælegia,

vilegia, ut extra tempora ordinari possint.

Pro ordinatione Episcopi dies Dominica est; affignata.

Duo sacri ordines eadem ordinatione confer- 4  
t eidem non possunt.

Episcopo permisum est, ob rationabilem cau- 5  
sam, V.C. multitudinem ordinandorum, jejunio  
Sabbathi continuato, sacrorum ordinum colla-  
tionem ad manè Dominicæ sequentis differre,  
modo eosque continuetur naturale, & exactum  
jejunium, ut Sabbathi & Dominicæ matutini,  
quasi unus dies reputetur. Veruntamen prohibi-  
tum est Episcopo, ne eidem, quem in Sabbatho  
inter Diaconos, V.C. ordinavit, manè inseguen-  
tis Dominicæ presbyteratum conferat: cum pro-  
pter continuationem jejunij, fictione canonica,  
manè cum vespera ad eundem diem pertinere di-  
catur.

Qui in Sabbatho presbyter ordinatus est, ma- 6  
nè in sequenti Episcopus ordinari potest, etiam  
jejunio non continuato.

Quibusdam in locis consuetudo viget, 4. mi- 7  
tores & subdiaconatum simul eidem tribuendi.

## C A P. IX.

### *De Ministro Ordinationis.*

Minister Ordinarius Sacramenti Ordinatio- 1  
nis solus est Episcopus, sed Ordinum Mino-  
rum collatio etiam presbytero à sede Apostolico  
committi potest.

Abba-